

**Disquisitio inauguralis medica de febre Hungarica. Quam vulgus  
cephalalgiam epidemiam vocat ... / [Andreas Caspar Georgi].**

**Contributors**

Georgi, Andreas Caspar, active 1682-1687.  
Vesti, Justus, 1651-1715.  
Universität Erfurt.

**Publication/Creation**

Erfurti : Literis Groschianis, 1687.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jjzjt6r9>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Almâ CHRISTI Gratia MEDIATORIS Mei!  
DISQVISITIO INAUGURALIS  
MEDICA  
DE

# FEBRE HUNGARICA,

Qvam vulgus  
CEPHALALGIAM EPIDEMIAM  
Vocat,

EX DECRETO AC AUTORITATE  
AMPLISSIMI MEDICORUM ORDINES  
IN ILLUSTRI & PERANTIQUA ELECTORALI GERANA,  
PRÆSIDE

# DN. JUSTO VESTI,

Medic. Doct. Anat. Chirurg. ac Botan.

Profess. Publ. Ordinario ,

Dn. PATRONO ac PROMOTORE suo maxime colendo ,

## PRO LICENTIA

SUMMOS in MEDICINA HONORES & INSIGNIA  
DOCTORALIA ritè ac legitime capessendi ,

Publicè Philiatrorum ventilationi exhibita .

IN AUDITORIO COELICO

ab

## ANDREA CASPARO GEORGI,

Mitweidâ - Misnico ,

Horis consuetis

d. 12 (22.) Octobris 1687.

---

ERFURTI, LITERIS GROSCHIANIS.


YLL CIRCEI CANTO MEDIATORIS VEN  
DISCERNENDO-INSTRUCTUS

LIBER  
HABEBIT  
AD EQUUM  
ET  
PROXIMO.

ANDREAS GEORGII

�. ३०४. अ. ३०५. अ. ३०६. अ. ३०७. अ. ३०८.

## S. I.



Nominis evolutione, in rei cognitionem penetraturi recepto more ut ordiamur, Morbus, seu strictius loquendo, Febris hæc nominari solet Hungarica, non propterea ac si primùm in Hungariâ sua haussisse incunabula credamus; ( si quidem nullæ hodiennum, rectè sic sentiente sen- nerto, reperiuntur causæ, quæ & apud Antiquos locum habere non potuerint, nec dubium est, vel Hippocratis tempore Febrim hanc, sub alio quamvis nomine innotuisse ) sed quod vel ob cli- matis, locive genium præ aliis Hungari in hunc mor- bum proclives sint, ipsisque adeò ob aëris aquarumque naturam ita dispositis quasi endemius habeatur; vel etiam ut verosimilius, quod Lues hæc ibidem aliquando locorum accensa plurimorum hominum longè lateque grassando stragem edide- rit, aliisque exinde Gentibus ac Regionibus, suos extravagando terminos, infesta atque lugubris advenet. Siquidem Maximilia- no secundō contra Turcarum Imperatorem Solimanum copias su- as Anno 1566. ad Comorham contrahente, tantam hujus (relatum legimus) contagii vim fuisse exortam, quæ non exercitum modò illū maximam partem invaserit atque oppresserit; sed etiam exuctorato postmodumq; disfluente milite, Bohemiam, Germaniam, Burgundos atque Italiam, omnesque ferè Europæ oras peragrans, multas ho- minum myriades fuderit atque trucidarit. Hinc & *Langius L. 1. Ep. 2.* cùm in expeditione adversus Turcas Dux Fridericus Platanus comes ageret, plures h̄oc morbo, quam enī hostis interiisse auctor est.

S. 2. Synonymiæ non minus quoque latitudine gaudet, quan- do ab aliis vocatur Lues vel *Langvor Pannonicus*, *Febris item caſtren- ſis*, sive *Pestis privata militum*; quia nimisrum militi in caſtis stati- vis commoranti, ut plurimum præſto est. Sic alris *Synochus* vel *Causus maligno* simpliciter audit, quia corporis intemperie plerumq; intensè calidâ aliisque gravissimis stipatur symptomatibus. A fre-

quentissimo alij essentiali signo Cephalalgiam epidemiam vocant, dum capiti atque nervoso generi præcipue observatur infesta: unde & Vermem Cerebri à quibusdam appellari legimus; sive à causa malignitatis, putredine nimirum animali, ceu visum est nonnullis, sive ab accidente phænomeno; nomine petitō. Kirch. in Pest. Scrut. It. Ephim. G. A. IV. p. 304. Quoniam etiam hāc febre correpti cum nausea ac vomitu decumbunt, Affodes quandoque dicitur. Qui demūm Veteribus hanc Febrem notam fuisse asserunt, πειφίγωδης πυρετός ipsiis dictam antumant. Sed τό πειφίγωδες vox cum sic πολύσημα, ambignitate vix caret. Velenim ita vocatur pestilens, μέτα πειφίγωτ, id est, quæ cum bullis vel pustulis efflorescit; vel quia exilientium manūique occurrentium scintillarum speciem seu opinionem præbet. Germanico idiomate vocatur: Die Ungarische-Krankheit/ das Hirntöben/ die Haup-Krankheit. Chirurgi à faucium inflammatione, cui raninæ sectione occurrere student, vocitant: Die Herz-Bräune.

§. 3. Cum itaque hactenus adductis vox affectus nostri ab omni Homonymia liberata videatur, omissâ hāc ad ipsam descendimus definitionem realem, quam hanc damus: Febris Hungarica est intemperies totius corporis calida, continua, putrida, seu fermentativa, contagiosa atque maligna, cum diro præcipue tūm capitis, tūm Ventriculi dolore, aliisque gravissimis symptomatibus conjuncta, à fermentali, nimis acri & contagioso miasmate, humores circa ventriculum & primas potissimum vias corrumpente & fermentante oriunda. Dum autem hanc Febrem esse malignam, vel ut Hippocrates loquitur, mali moris esse novimus, non semper eōd. suos ægros modo affigit; sed pro diverso subjectorum, quæ invadit, constitutione, ac fermenti sive miasmatis sui indole, modò plura ac graviora, modò mitiora conveniunt symptomata; quorum singulorum indagini inhærere velle, minis prolixum foret.

§. 4. Quod hæc Lues febris sit & quidem ad classem continuarum reponenda, patet: quia positâ hujus causâ cum suis requisitis, ponitur etiam effectus, scilicet tempestas caloris totō corpore per-

perceptibilis, à primo invasionis momento incessanter usque ad ultimam sui periodum affligens, à spirituum orgasmō sangvinisque continuatā dependens effervescentiā. Et licet quoque quandoque mitescere calor ex parte videatur, in omnimodam tamen apyrexiam, seu in totum nunquam recedit, quin novis subinde exacerbationum rhythmis recurrat. Putrent enim ac continuò fermentant extremitata peregrina in vasis ex vitiosis digestionibus retenta, quorum putredo si intus manserit, & in sui fastigium arrepto sanguine, percepitur, mortem necessariò mox accelerat. Unde Helm. C. 2. de Febr. In hoc, inquit, didici discrepare à ceteris malignas, quatenus harum materia peccans sibi adjunctam habet putredinem incipientem, mortem mox necessariam, nisi eliminetur, atturam.

§. 5. Hanc igitur Febrem eò malignorem judicato esse, quò longius ipsam à statu naturali recessisse, ac gravissimis stipatam symptomatibus observabis; ita quidem, ut vitae adoriens arcem, spirituum copias roburque deturbet; nec gravissimis quidem remedis propulsari exindeque locomoveri possit: Sed subactis sibique fermentatis principius vitalibus nostris, effumanti exinde auræ suam hostilem imaginem imprimit ipso archeo humano infecto investitam; unde demum plus ultra sic tendens, suas eundo vires expandit, excursiones in aliena facit subjecta, domos, integras familias, imò Regiones devastat, violentiique miasmatis sui incendiò evertit; ut merito hunc morbum quis epidemium dixerit.

§. 6. Subjectum hīc idem esse statuimus, quod aliarum febrium in genere, nempe totam massam Sangvineo-lymphaticam seu omnium vitalium partium compagem, tam quoad humores quam principaliter hīc lēsum ἐνορμῶν Hippocratis. Nisi enim hæ partes corporis nostri primariò afficerentur, nec tanta humorū effervescentia ac spirituum orgasmus, nec tam tepentinus virium lapsus cum tot symptomatum atrocitate observaretur. Cordis quidem substantiam, quam alii hīc primarium ac principalissimum supponunt lēsionis hujus subjectum, hīc tantisper per se ab omni inflammatione ac contagii genuini labe liberum ac immune judicamus esse, dum mortis non ingruunt certissima symptomata, quo à Peste morborum atrocissimo velocissimoque hæc Lycs unicè dis-

gungitur. Corde enim odoris hujus maligni tinturâ primario im-  
buto intimeque accenso, qui pulsus ac respirationis actus pari passu  
dum cum vita ambulante, amplius perfici vel ad horæ quadrantem  
celebrari possit, nullus video. Siquidem in Romulo Plutarchus  
refert: homines Roma absque morbis ex peste interisse. Quod sic  
intelligendum: homines interisse prius, quam venenatus calor  
cordi primario insidens in universas corporis partes fuerit diffusus,  
& vitale spirituum robur prius expirasse, quam symptomata se ma-  
nifestare potuerint.

§. 7. Radicale proximum haud aliud subjectum, quam pri-  
mas vias seu officinas nominamus. Non tamen tam angustis,  
prout fieri alias solet, primas vias limitibus circumscribimus, ut  
ventriculum solum vasaque mesenterica iisdem complexemur; sed  
extenduntur illæ juxta Veteres, quibus hæc vice suffragamur, à py-  
lоро per duodenum & vasa ibidem multiplicia, intestina porrò &  
venas mesenterij nec non omenti, hepar adusque & lienem, & quod  
proximior febris ori est ventriculi, eò & molestior eadem percipitur.  
Nam ut ut chylus, evincentibus Neotericorum experimentis, no-  
strâque autopsiâ teste, ad hepar primum non appellatur, & hoc  
respectu viscera hæc primarum viarum titulò insigniri nequeant; in  
quantum tamen fermentum hoc contagiosum chyli circulationem  
non expectat; sed quaquà versum per venas, glandulas ac arterias,  
viam sibi adutum violenter parat, vicinisque partibus labem suæ  
virulentia, quam potest citissimè, affricat, aliae quoque partes ven-  
triculo proximæ primis viis accenserit possunt.

§. 8. Quod tamen communiter circa primas vias, inque i-  
pso imprimis ventriculo, hoc miasma malignum (sive per salivam,  
sive aliò mediò, viâve communicetur iisdem) sua inimica sedilia  
primum collocet, patet non solum ex ingentis fereque ignei do-  
loris perceptione versus epigastrium præcordia afflentis, tumore  
sub scrobiculo Cordis plerumque apparente, omnemque levis ut  
cunque digiti attachum recusante; æstu item ac inflammatione gu-  
lae ac faucium, & semper ferè comitante Tantaleâ siti: verum  
etiam Ventriculus hoc fatô defuactorum inflammatus, imò totus  
sphacelatus ac putridus sub cultro anatomico deprehensus fuit. Vid.

Tb. Barth. Ep. M. 42. C. 3. Ir. Hist. Anat. 68. Oswald. Grembs. Ar  
integr. & ruin. Hom. L. 2. C. 2. Spigel. L. 1. de Hemerit. C. 16.  
Panarol. Glysson. & alij. Hepati quid sub hujus morbi tyrannide  
perferendum ac compatiendum sit, ipsius bilis tumultuosa turge-  
scientia, cuius copiosa in ventriculum ac intestina regurgitationes  
Choleræ & anxietates hypochondriorum subinde increbescunt, me-  
vel tacente satis superque loquitur.

§. 9. Remotius fermenti hujus maligni fomes in aliis quo-  
que, praeter recensitas, partibus hæcere ex accidente potest. Quan-  
do scilicet contagium per inspirationem recipitur, in pulmonibus  
primam crediderim sanguinis atque spirituum labem depingi; sic  
ubi per transpirationem ab extra vel per attactum corporis infecti  
contagium poros cutis subintrans se insinuat, procul dubio omnium  
primum fermentabitur lympha in cutis glaudulis pererrans, quæ  
deinde idem fermentum sanguini ac humoribus in primis viis sta-  
gnantibus communicat, quibus ratione ortus sui univocè respondet.

§. 10. Adæquatè autem totum corpus ab hæc lue afficitur,  
sive omnes partes, quas neclar sanguinis nostri vitale alluit atque  
perfundit, ab ipsa contaminari possunt. Tanta enim hujus vene-  
nosi miasmatis fermentativa quandoque est potentia, ut neque  
Cor, neque Cerebrum, neque Palmones &c. insontia vel ullæ  
privilegii auctoritate sarta tectaque servari aut ab ista vindicari po-  
tuerint, quin omnia successivè viseera lethaliter multata pessi-  
moque corrupta obsevarint complures Practici.

§. 11. Caussa proxima hic, ut aliis in febribus continuis, est  
fermentatio Massæ Sangvineo - lymphaticæ excessiva, præternatu-  
ralis continua; sive est spirituum orgasmus & humorum motus in-  
ordinatus ac tumultuarius, à miasmate maligno, cœu caussa antece-  
dente mediatâ, occasionatus. Novimus enim ex Adeptorum, quos  
vocant, sententia, totam nostri sanguinis massam naturaliter balsa-  
mum esse salinum, plurimis iisque diversis salibus imprægnatum  
atque constantem. Unde Hippocrates: nostro, inquit, sanguine  
inest & amarum & salsum, dulce ac auferum &c. hujusq; gene-  
ris sexcentū alia. Hæc itaque salia quoisque sub unico Archæ  
nostræ yexillo symbolicè ac blandè s. n. conspirant ac militant, ade-  
oque

oq[ue] à spiritibus nostris insitis, rite simul concurrente elatere  
 (quem h[ic] cura Joh. Majow Θ universale Oro-Aerum supponi-  
 mus) universalis spiritu æthereo, subiguntur ac attemperantur, ita  
 ut nullum alteri prædominetur aut ullus fiat modò magis  
 conspicuum: vividum lumen in nobis ubique exsplendescit, sa-  
 nitasque omnibus corporis functionibus obeundis par atque suffici-  
 ens exinde resultat ac perennat. *Consistit quippe vitalium nostri-  
 rum functionum entelechia in nullo alio, quam motu influentiali spi-  
 ritus ætherei plus minus pro re nata elastici in bene proportionatum,  
 ratione dictorum salium, massam sanguineam, & blandâ actione  
 collisiva, qua fermentatio dicitur, cum nostri corporis spiritibus, vid.  
 Excell. Dn. Presid. Diff. de Febr. maligna.* Hæc igitur blanda ac  
 amica Naturæ fermentatio inverti deque suo naturali gradu decli-  
 mari quam maximè potest, quotiescumque salia vel hæc ipsa prin-  
 cipia redduntur enormia, unde totius œconomiae nostræ animalis  
 dependet anomalia, corpus liquoribus in sale ac sulphure dispro-  
 portionatis in morbosam disponitur decidentiam, & citò citius ru-  
 endi undiquaque necessitate conquassatum labascit.

§. 12. Fermentationem ejusmodi præternaturalem efficit pro-  
 cul dubio fermentum salino - acre, septicum volatile malignum.  
 (arsenicale ab effectu Autoribus dictum) cum sulphure rancido  
 itidem maligno volatili & nimium quantum corrupto variè combi-  
 natum, Vid. Willius d. Morb. Castr. Willius & Simon Pauli de  
 Febb. malign. Unde & Helmontius de Peste: Omnis, inquit, con-  
 tingit organon est fermentum seu odor respectu corporis nostri ma-  
 lignus, qui quo subtilius subjectum inbasioneis sue habet, eo quoque ve-  
 locius contaminat, celeriusque Archeo ob symbolum approximat.  
 Miasma tamen, pergit Autor, morbosum consistere in fermento vo-  
 latili patet exinde, quia quodcumque subjectum sive auri fuerit, si-  
 ve vestis, vel aliud solidius, etiam paveris expers aut nesciens, quod  
 odore imbui potest, potest itidem esse subjectum, in quod productum  
 pavidae imaginis possit imprimi, non aliter, quam terra odorem ce-  
 leris vestigii refert: Quod tamen noxium sive pestilens nondum est,  
 donec intrò receptum, tum demum fermento per terminum latitudi-  
 mis symbolizanti appropriatum fuerit.

§. 13. Quæ quidem Helmontii verba ut rectissimè se habent, ita multos invenias Autorum, qui dum sanguinis vitalem fermentationem in acido & alcali querunt, iisdem etiam omnium paginam morborum impleri atque absolvi autumant, quæstione solicite ventilatâ, utrum de alcali acidive volatilis sorte proveniat salinum hocce contagium seu fermentum? Nos singulorum controversiis earumque momentis adhærere animum non induximus, hoc saltim dicimus, quod verum per naturam alcali volatile dari, ne quidem in bile, persuasi simus, vid. Diemerbrok. Anat. & Rixin. Disp. de Bile; sique daretur, ac tale esset fermentum hoc, Cholericos semper atq; sanguineos, nunquam verò ipsos appeteret melancholicos; sed contrarium testatur Experientia.

§. 14. Si itaque in causas inquirere proprias ubique omnium maximè conveniat, ad quarum dilucidationem medentis semper animus dirigendus est: hinc salina qualitas utcunq; etiam corrupta ac depravata, fermenti hujus maligni censum per se subire adæquatè posse, nobis haud ullatenus videtur: sive enim naturā ipsius, quā omnium contagiorum in modū non brutis simul; sed hominibus sive ejusdem speciei subjectis solum insidjatur ac nocet; sive deum diversum concomitantium apparatus Φαινομένων consideres, utrobius insufficiens est vitiosæ salinæ qualitatis inculpatio, nec in nudâ corporum dispositione acquiescendum erit. Corpora enim salina ut sic, seu sibi relicta, indifferenter se habent ad quævis subjecta, formarum monarchiæ subjacent huicque obsequiosè obtemperant, nec agunt in corpora per naturalem compositionis actionem; sed quicquid in se invicem peragunt, id fit ratione ponderis, magnitudinis, duritiei figurarum ac motuum, semperque æquivocè, nunquam univocè, operantur; inserviunt itaque, dicente Helmontio, magis Mathefi, quam Physicæ, quæ quicquid plus Artis, quam Naturæ refert, respuit.

§. 15. Ut tamen salinum hoc fermentum Contagii genuini indolem sortiatur, malignâ simul spirituum nostrorum diathesi imbui ac tingi oportet, quam ideo mumialem ideam (voca ut lubet, non moratur, nomina namque rem non mutant, sed valent ut nummi) magneticâ spirituum analogorum confermentatione collu-

dentem nobis hac vice vocare liceat : unde nempè uti ab ipso odo-  
re materia haurit transmutationis dispositionem ; ita ab imagine  
(ideâ puta mumiâ) dispositionis fit determinatio : ut loquitur ma-  
lignique fermenti indolem exponit per ignem Philosophus.

§. 16. Non Salinam corruptam qualitatem , aut quâvis mo-  
dô depravatam , sed fermentum verè mumiæ requiri ad producen-  
dum contagium hoc malignum , sequentibus potissimum rationum  
adminiculis adstrui atque probari potest: (1.) ex nimia ejus veneno-  
sitate ; (venenum quippe nullum operatur citra fermentum huma-  
næ mumiæ s. symboli consonantiam ) fermentale enim hoc mia-  
fma utut mole minimum; activitate tamen semper maximum existit,  
ut re quâvis vilissimâ in alterum transferri queat. Siquidem s. pè  
ad eò exiguum , ut invisibiliter, obretenus , vel aura instar , ne gran-  
pondere , ut loquitur Knöffelius ; sed exceptum omni lege & dimensi-  
one mathematicâ nos ingreditur , ut solam spirituum & liquorum  
vitalium substantiam sibi assimilando penetret. Frid. Hoffmann.  
Mech. Med. p. 51. (2.) Ex subito virium lapsu ; qui contingere ali-  
as non posset , nisi immediatè à fermento hōc spirituali maligno  
(quatenus spirituum in spiritus crasis est ubique potentissima ) per  
consymbolismum attingeretur Archeus noster. (3.) Ex celerrimo  
prorsus progressu quoad symptomata quoque singulari ac specifi-  
cō ; quia febris hæc de classe morborum acutissimorum est , citra o-  
pinionem ægrum suum plerumque jugulantum ; & licet minor  
quandoque malignitas morbum protrahat , majus & minus ta-  
men rem non variant. (4.) Sententiam hanc demùm nostram sta-  
bilit ipse propagationis , si attenditur , modus , quò non bruta-  
; sed homines cædit , nec per somitem relicum , sed in distans quo-  
que sium ejaculatur miasma & alteri affricat : quæ sane attributa  
omnia primariò non salibus , quæ corpora variè disposita aut cor-  
rupta ; sed quæ principiò archeali depravatò tincta sunt , compe-  
tunt. Miasmata enim ejusmodi contagiosa ex corpore humano  
infecto exhalantia , uti nihil aliud sunt , quæ Gas sylvestre mali-  
gnum , quod sui conditionem concreti retinuit , secundum quam in  
nos iterum magneticò quasi refluxu illabitur , cumque nostris prin-  
cipiis conformanter vitalibus satagit , atque ex iisdem sui multi-

applicationem fermentando maxime opere intendit, ita in aliud subiectum migrando humanum, non nisi per mumiales suas ideas (quas qualitates spirituum contagiosorum mummia archeali hujus vel illius subjecti maligne corrupti tintas, ad quarum velut regulam ac normam spiritus illi restricti limitate ad hunc vel illum morbum producendum modificantur, vocare hanc (vice collibuit) propagantur & operantur.

§. 17. Rem ut exemplis illustremus: De Phlisis & Luis veneræ contagiosis manifestis nihil jam dicam, utpote quorum morbosa effluvia, ratione itidem idearum mumiæ, quibus in corpore phtisico aut Lui veneræ obnoxio per vitiosam fermentationem fabricatis, fuerunt quasi intimè imprægnata, non nisi cum analogis gestiunt ideo similis receptivitatis consymbolizari: *Mercurialis* meminit febris pestiferæ, quæ os saltæ, pedes atque tibias infestavit, adeò ut in quacunque corporis parte receptum hujus primùm fuerit contagium, nulli tamen, quam prædictis magis nocuerit. *Kircherus* in nonnullis Pestibus virus contagiosum solos impetiisse oculos, testis est: alio tempore gutturis cavitatem invasit. Simile his à *Thucidide* allatum de Peste Atheniensi est; quod ea manuum ac pedum potissimum extremitates olim præhenderit atque corruperit. Plura qui desiderat, Medicinæ audeat Præticos. Quæ tamen omnia non aliâ de caussa (nisi quis ad rædiosum Antiquitatis asylum, occultas refugere qualitates malit,) contigilie persvasi sumus, quam sicut omnibus partibus inest sua inculinaris idea, ratione cujus quodlibet organon singulari dote fermentali præditum est, suamque dispositionem naturalem hausit; ita ab horum & non Archei, qui œconomia totius animalis saltæ unicus est, & cum sangvine univoca & vitali unitate consonat, constitutione dependet, quod morbi contagiosi maligni ejusdem speciei, eadem materia, formâ scininali atque proprietatibus constantes, diversam suorum Φαινομένων ludant scenam; quippe quæ fluunt immediate à diversitate subiectorum, non essentialiter; sed tantum per accidentia concomitantia, vel signata, fermentorum momento unice variantium; eò quod per modum & naturam diversimodè recipientis varient. Id quod ad minitum ita teneri animo-

que in primi potest: quod si quis morbosā ac cacoëcticā partium aliquarum diathēsi constitutus jam jam fuisset, & usu rerum sex nonnaturalium illegitimō, aliasvē ob causas remotiores febri impli-caretur simul ardenti, tunc utique intensā illā fermentatione, humores ac spiritus jam tum vitiosos subinde depravante, magisque indies corrumpente, excitari ac concipi potest intra partium cacoëthicarum medullarem substantiam ejusmodi Gas sylvestre mali-gnum: quod per ideam corruptionis exoticam, quam Archeus pas-sionum suarum exarthrosi effluviis illis morbosis impressit, semi-nalem hujusmodi caufarum peculiaris morbi contagiosi efficit ac con-stituit. Febris enim ardens, quæ corpora pravis humoribus ulce-rum vē putredine sordentia, e. g. Scorbatica vel Lue venereā affecta, adoritur, facilimē malignitatem induit, & quandoque ini-psam pestem degenerat.

§. 18. Hisce dictis atque huic caufarum denominationi ma-jorem facient fidem, qvotquot porrò nullam Pestem utcunque atrocissimam, à contagio, & non miraculo, oriundam, in bruta-ꝝ ac homines sœviisse usquam noverint. Vid. Shelhammerus de Pest. C. 2. Id quod tamen fieri omnino oporteret, nisi ut omni-um rerum, ita & morborum contagiosorum specifica actio à princi-pio semper intrinseco penderet. Nec scimus præterea bestias solūm immunes esse calamitatis pestiferæ spectatrices; sed & ab iis cadavera minus profundi sepulta impunē devorari solere, quia nempè univo-ci Archei defectu, ideoque & appropriatione carent. Sic homines, vice versa, freqventer sani ac sospites degunt, contagio interim maligno armentorum myriades coäcervatim quatiente ac poster-nente, vid. Fernel. d. Abd. 22. Cauf. L. 2 C. 12. & Villanovanus L. d. Epid. Antid. aliique. Mirum qq. est, quod ab Alex. Bened. L. d. Pest. C. 6. relatum legimus: Medicum Scytham patrijaëris pesti-lentem infectionem sanasse interfectis omnibus urbis canibus, fe-lixibus similibusque animalibus, horumque cadaveribus per vicos ad putrescendum abjectis. Sic enim alieni putridi vaporis tanquam recentis advenæ vi vetus hospes pestiferis suis sedibus dejectus prot-sus ac immutatus est, pestisque adeo sedata. Sed vero hoc ipsò.

con-

consilium Hippocratis De Sylvarum ac racementorum incendio est longè salubrius.

§. 19. Objectionem huic jam recensito Kircherus in suo de Peste Scrutinio involvere haud levem videtur , ubi ex Gallicis archivis recenset ; ex boibus tabe consumptis negligenterque inhumatis aërem adeò malignâ imbutum mephiti fuisse , ex qua non boves ; sed homines periisse per omnem regni tractum ingenti infectione contractâ . Cui reponimus , quod nihil horum deroget hypothesis nostræ , quin & hujus contagii culpa primariæ ac essentialiter redundet in ipsum Archeum malè dispositum : siquidem ille ob caussas jam dicendas mephitim aëris conceptam in ipsum deinde miasma contagiosum degenerare permittit . Dura enim ejusmodi putridæ per se quidem homini innoxiae aporrhœæ aëri ejusque contentis prioribus communicantur , vis ejus elastica ad fermentationem non minus naturalem , quam diaphoresin corporis nostri tantoperè necessaria non infringitur solùm ac vitiatur ; sed sanguis simul putridis taliusmodi fermentativis particulis nimium oppletur atque obruitur ; quibus demùm Archæus in nobis accensus irritatusve per ideam similiter exoticam in nosmet furit , ex concepta injuriâ , quam si bi caussas procatarticas fecisse antumat , omnes αἰθρέως καὶ βιαιός pervertit liquores , fermentat , demumque miasma mumiale formaliter perficit .

§. 20. Omnis morbus malignus contagiosus , cœu dictum , male moris est , nec sexui , nec ætati nec officio parcens ; sed

Tros Rutilusve suat , nullum discrimen habetur :

Experienciam tamen constat , non omnibus hanc febrem invisan- atque fatalem existere : sed omnium frequentissimè Cholericos affigere ; non tantum ob fermentum , quod suprà urinosum ( vel si mavis biliosum ) volatile fracidum supposuimus , quam quod horum naturales liquores ex spirituum mobiliori diathesi bilisque acrimonia volatili in horas magis sint labiles , exoticisque impressiōnibus ex spiritu aetherei fortiori influxu quam maximè obnoxii sunt , prout febrili orgasmô & morbis acutis alias corripit præ aliis solent . Præterea quoque quod hæc febris suos natales primis potissimum viis debet , utpote in quibus maximæ molestiæ à bile

estuante inque ventriculum regurgitante percipiuntur; in quantum nempè singula fermenta, Helmontio dicente Sex. Dig. §. 6. Et Pyl. R. §. 13. borrent aliena sibi facia patronorum peregrinorum imperia. vid. qq. Sylv. L. i. Pr. M. C. 19. Diemerbr. l. c. de Bile. hinc adeò primas præsertim vias fermentum hoc malignum repetit; Cholerico - tamen sangvineis hoc plus facessit negotij, qia eorum primæ viæ naturaliter humorum plerumque biliosorum colluvie scatentes huic miasmati attrahendo quam aptæ natæ sunt, aptioresque subinde fiunt, quando minus temperantes addiphagiæ indulgent, & Bacchœ simul litant: unde seminales morborum id est facilimè in propriis visceribus evolvuntur. Quapropter penes Practicos talis inolevit regula juxta atque cautela: *Ubicunque bilis in causa est, ibi semper quid monstri (malignitatis) subesse, morbum zè alere suspicandum est.* Quia scilicet temperamentum biliosum, acutorum quam ferax morborum est, qui citatō quasi cursu in misti resolutionem terminantur.

§. 21. Mulieres hujus morbi violentiæ frequentius succumbunt, tūm quia rariori & molliori cutis carnisque gaudent habitu, tūm quoque quia partes earum vitales majoribus idearum impressionibus ac perturbationibus ob uteri vim planè depositam tentantur, quò minus adventanti miasmati maligno resistere queant. Melancholicos, ac senes imprimis, quos tamen non prorsus ab omni contagio maligno cum Plinio absolvimus, tantisper ab hoc malo immunes judicamus fore, dum fixius quasi spirituū systema adepti, firmiori sanguinis crassi prædicti sunt, bilisque in se tūm parcior, tūm prout in Phlegmaticis, temperator generatur ac provenit: quamvis interea caveant, ne asotia sibimet malum sponte accersant.

§. 22. Inter caussas remotiores considerandus etiam *Aer* venit, qui sex rerum nonnaturalium agmen dicit, ad τα' αγαγνάτα relatus, & dicente Galeno, qualiter ille se habet, ita & nos afficer solet; in quantum nempè ejus violentiæ tyrannidi vicissitudinumque alteritatibus nunquam non sumus subjecti: unde & ab ejus vel solius corruptione Pestem derivare nonnulli nequicquam dubitant, vid. Platinus de Peste. Hic enim variis modis fermentati vi miasmati sigillum suscipere potest, quando cryptorum, speciem

cuum-

equum ave, montium, paludum &c. vel quārumvis putrentium sordidum aporrhœis noxiis imprægnari est solitus, ut mollis, tepidus, fracidus evadat. Id quod nec Magnum per ignem Philosophum latuit, dum Pestis, ait, *castralis causa est occasio fricidi odoris caderum mūniali fermentō infecti; quippe quōd hodiē, non ut olim, nec sat profundē sepeliantur occisi.*

§. 23. Alsoqui diobus potissimum (ut cum Tobia Cobero Physic. olim Castr. loquar) cum extremis insuetis aëris Pannonicus semper collicitatur, aut scil. extrema crassitie nocte & nebulis inspissatus: aut iisdem penitus discussis, extrema subtilitate, h. ic aequè, ut illa suspectissimis. Priori modo, uti nec ad humorum revulsione, nec eorum transpirationem concurrit, quin potius præcidiā corporibus diathesin conciliet; ita posteriori lympham sanguinemque nimium resolvit, spiritusque educit ac dissipat, simulque bilis vitiosam generationem promovet. Quod si vero ejusmodi accedat aëris qualitatum alternatio, quæ frequens in Ungaria contingit, ut æstum Solarem de die intensum nocte algida excipiat, quæ poros constringit, qualis non exinde malorum lærna in nobis concipi potest? His enim alternantibus Aëris qualitatibus corpora militaria Jövi exposita & humi procumbentia, dum noctu tettas insuper & cerebro invilas fuligines ex putrescentibus glebis eructatas absorbere coguntur, in summam utique humorum, prout omnis subita mutatio periculosa est, dyscrasian præcipitari oportet. Adde, quod, cum Ungaria, teste laudato Cobe-  
ro Obs. Med. Castr. Hungar. Decad. III. Obs. IV., præter alia incommoda animalculorum venenatorum proventu plurimis in locis scaturiat, exinde etiam Aëri haud leve inquinamentum communicari possit.

§. 24. Aëri in producenda causâ maligna succedit proxime suumque τὸ μέρος ἐπιβαλλον haud segniter addit *Cibus ac Potus.* Sicuti enim justum ac conveniens horum regimen haud parvum tuerendæ sanitatis, & curandi morbi momentum habet: ita peccatur eorundem imprimis tūm quantitate, tūm qualitate. Quantitate nimirūm, dum frequentius ac largius, quam pro virium requi-

sito assumentur ; assumta ita fermenti energian obruendo immutata limites concoctionis transgrediuntur, aliorum viscerum culinam interturbant. Unde quicquid in stomacho non planè subactum est, neque diaphani pulcritudinem assumvit, non speret in intestinis à fermento fellis aliove digeri, quamvis tingatur colore flavo ; quia non itur ad secundum aut tertium, nisi per absolutum primum. Qualitatis verò error haud levior committitur, dum vel nimis calida, vel frigida, vel prorsus aliena, veneni quid in recessu gerentia intra corpus recipiuntur, veluti sunt aquæ stagnorum ac lacuum vapidæ, limosæ aut fermibus animatæ, nonnunquam cadaverum injectione turpiter conspurcatæ mephitimque fedolentes ; quando quis sitim iisdem levare aridam cogitur. *Georg. Wernherus de admixtnd. Ungar.* Aquæ fontes reperiri sibit, quorum aquæ animalibus bibentibus lethales ; & quod pisces in Tibisco in tanta sint abundantia, ut putrescentes halitu vicina loca inficiant. Item cibi crudi, perfunctoriè præparati, & fructus horarij, ut cucumeres, melones, pepones, quibus abundat Ungaria, &c. Calida nimis sinistrè in usum vocata, dum bitem adaugent, humores accidunt, ut aromata, &c, observante Dolæo, imprimis Zingiber ; Item Vitis generosa, & Hungaricum dulce præsertim, sulphure vol. inebriativò prægnans, largioribus cyathis haustum, spiritus accedit, & Phrenitidi ansam præbet ; à cuius intemperantia præprimis non assueti longissimè arcendi sunt. Ut nec bene sibi consulere eos videas, qui sentinam ventriculi ciborum incongruorum ingluvie collectam, hoc ipso affatim poto, emendare intendunt, dum materja vitiosa, intra vasa abrepta, præternaturali saltim fermentationi somitem suggerit. vid. Primerosius de Erroribus Vulgi It. Cober. l. c. D. I. Obs. 7. Nihil demùm naturæ jam tūm ex annonæ charitate aliisque belli incommodis emaciatae ac fermè enectæ adversius est, eamque tantum non semper prosternit, quam si famem protractæ militiæ utplurimùm pedissequam, ubera derepentè comœdatiis copiâ factâ, luxuriosa ingluvies excipiat ; unde λοιμὸς μελὰ λιμὸς frequens conspicitur.

S. 25. Motus & Vigiliae, Sonmus & Quies si non justo moderamine in usum vocentur, cujus non morbi causa esse possunt ?

Motus

Motus quidem excessu peccans, & concatenati labores, spiritus exagitando dissipant, ac langvorem artuum non solum inducunt; sed corpus etiam diminutis viribus suis ad reluctandum impotens reddunt; Vigiliæ vero noctesque insomnes præterquam quod digestiones evertant, biliosam cacochymiam augeant; etiam spiritus miasmati contagioso obsequiosiores reddunt & tandem ideis pravis deliria subinferentibus ansam præbent. E contra Vacunæ litando ac Somno plus justò indulgendo, spiritus animalus figuntur, obtorpescent; unde viscerum digestionibus inservientium evtonia & energia sufflaminatur, fermenta silent vitalia, humores excrementosi per αδηλον διαπτονη crebrioris exercitij adminiculò discutiendi, præter naturæ legem in vasis aliisque corporis partibus retinentur: quibus indies majorem pravitatem acquirentibus fomes recipiendi contagij subinde incrementum capit.

§. 26. Inter animi pathemata obstetrices quasi manus huic Lui substernit Terror, in omni contagione penes Autores val! quanto infamiae stigmate notatus. Est enim miasma contagiosum ceu ignis fatuus, qui territos ac fugientes sequitur, cordatos ac prosequentes fugit. Sed sicut metus ac terror fugant figuntq; in suo quasi centro spiritus nostros, quod minus renitendi thymosi polleant: ita in cœstrum impetuose eosdem concitat, perturbat, & cum humoribus in ataxian conjicit, unde phlogoses variarum partium & alia subsequuntur incommoda. Hinc laudatus Coberus: *Peculiare, inquit, quidquam, & nusquam ferè alibi citius comparandum, CASTRA in se habent: quod scilicet nusquam major bilis ad iras exactandas expeditissime copia coacervetur.* vid l. c. Obs. 9. Schol.

§. 27. Ut demùm rerum nonnaturalium claudant agmen. Excreta atque Retenta: Jam suore diffluere, iterum jam algere, consuetas evacuationes intermittere, mox plus justò eidem indulgere, quovis modò corpora ruinoso statui præparat; quemadmodum scitè non minus, quam peritè de his etiam ex professo egit Willius de Morb. castr. quem vide.

§. 28. Causarum hactenus traditarum energiam promovet non parùm antecedens dispositio corporis, imprimis scorbutica, Lui veneræ admodum affinis, quæ in hunc obsequiosè morbum mu-

tatur. In Cacochymicis enim partim spiritus impuros atque ad arcendum hostile miasma ineptos ac imbecilles, partim ideâ timoris infectos possidentibus, latentem intus fomitem facillimè suscitat forinsecus accedens Contagium. Ergo caveant sibi probeque dispi- ciant castra Martis secuturi, sibi quid ex usu sit. Qui enim habituali sunt sanitatem, minus promptè morborum semina admittunt : at quorum valetudinem minus firmavit Natura, turbavit Diæta, prægressa debilitavit infirmitas, iij sunt, in quos facilitiore impetu arietat hic Morbus : unde nemo insalutatâ Hygiéâ huic temere se periculo exponat. Nam Experientia regulam simul ac cautionem hanc practicam plus simplici vice comprobavit : quod febribus grassantibus malignis, reliqui sporadici morbi omnes indolem suam mutent exuantve, inque febres pestilentiales ut plurimum migrant, miasmatisque virulentiam mirum quantum augeant & explicitent, ut fæiendo pergetque contaminando.

§. 29. A Peste morborum Principe differt hæc Febris non nisi malignitatis gradu remissiori, quod cum Pestis obvios quoque saepè citra ullam vitiositatis præexistentiam ac subjecti habitualitatem  $\alpha\delta\varrho\epsilon\omega\varsigma$  ac velocissimè adoriatur ac jugulet ; hæc paulò milder sit, malignam putredinem corpusque prædispositum aliquo modo requirens. Citiùs quoque tardiusque procedit non tantum pro diversa malignitatis suæ sorte acquisita ; sed etiam pro modo ac dispositione subjecti recipientis ; hinc nonnunquam suspenso admodum lentoque gradu serpit, ad 12. vel 15. diem vel ultra sese exten- dens.

§. 30. Ut ergo hic Morbus, tanquam Leo ex ungibus, pri- mâ statim fronte digneoscatur, signum pathognomonicum certum, & infallibile determinare non possumus ; est enim chameleonte mutabilior ; sed ex symptomatum syndrome circumspectus Medicus hujus febris malignæ præsentiam facile colligit. Præcipua autem hunc febrem ceu umbra corpus sequentia symptomata sunt. Cardialgia & Cephalæa effera ac infanda, doleri  $\sigma\gamma\kappa\alpha\pi\omega$  maximè affinis, quibus ægri miserrimè afflictantur detorquenturque : unde extra se quasi rapti ac constituti, mentis suæ incomponentes plerumque observantur. Namque etsi perpetuum totius æconomiae nostræ

com-

commercium ac symphonia sit, nullas tamen corporis partes arctius  
conunctas ac inter se confabulari sympatheticè constat, quām  
ipse Ventriculus ac Caput; ita ut læso uno membro, aut potestate ejus  
incolâ aberrante, aberrent & vestigio functiones in altero, omnisque  
vitetur digestio: assentit Hippocrates 50. aph. 6. Qvare Scholzius  
in Consil. 44. si unquam inquit, verum fuit Hippocratis *oxulum*,  
verum certè tunc fuit, cùm dicaret: *Ventriculi confusio*, *omnium*  
*confusio*, unde *Capiti imprimis sua accedunt incommoda*. Galenus ad.  
i. aph. 5. &c de V.S. aduersus Erasistratum exemplis subscriptis, & Ex-  
perientia passim calculo idem suō comprabat. Id quod non aliâ de  
causa contingere videtur, quām propter nervos sexti, vel juxta Re-  
centiores, octavi paris insignes à Capite Ventriculo communicatos,  
qui circa latera orificij superioris, nempè sinistri, utrinque decur-  
sentes, in ipsum ventriculum inseruntur, ita, ut multiplici suâ di-  
varicatione quoddam quasi reticulum constituant, unde tām exqui-  
siti sensus est, ut quascunque molestias facilimè percipere possit.

S. 31. In tanta igitur spirituum ac humorum circa primas vi-  
as ametria non potest non Caput in consensum simul rapi, unde Ce-  
phalalgia hæc ac deliria initium suum trahunt. vid. Blas. Obs. Med.  
21. Iplius vero acutissimi doloris sensum in tenui potius meninge,  
quām cerebro gigni persvasum habemus: ita tamen, ut cùm hæc  
membranula totum cerebrum variè involvat, illudque in suas partes  
dividat atque in gyros undiquaque cerebri se insinuans ejus substan-  
tiā fulciat, vasorumque Cerebrum nutrientium sustentaculum-  
sit, nunquam vel cerebrum sine noxa membranæ, vel membrana si-  
ne noxa Cerebri aliquod subire possit morbi genus. Schœid. Dissert.  
de Phrenit. Qui verò hujus non modò; sed Pestis & omnium  
quoque malignarum, vermes tanquam caussam proximam substitu-  
unt, næ vcrminosis nituntur argumentis: dum effectum seu putre-  
dinis consectorium parum cautè admirati ab insveto phænomeno si-  
bi imponentes, elenchum non causæ ut caussæ omnino comittunt;  
non attendentes, quòd omnis putredo ad solutionem misti tendens,  
ex accidente saltim novæ ideæ emergentis mater esse queat, quate-  
nūs nimirūm omnis corruptio, est alterius generatio. vid. Corn.  
Gemm. Schenk. in Obs. Seni. L. 2. Inst. Medicarum.

Alioqui dissectos quoque bubones peremptorum Romæ; vermium  
fœturâ refertos vidit Julius Placentinus. L. gatur quoque Kirch. L.  
9. M. Subt. Rationem hujus Pestis verminosæ pete sis ex ipso per-  
Ignem Philosopho Imag. Ferm. imprægn. M. S. Sed ~~as~~ tu ~~magis~~

§. 32. **A**lia, quæ occurunt, phænomena, febribus non ma-  
gis malignis, quam aliis quandoque ardentibus communia sunt.  
Inter peculiaria adhuc eminet Calor primò morbi insultu mitis ac  
interdum vix evidens tangenti, qui tamen delitescens intus incendi-  
um molitur, mox putri suò somite latius diffusò cum impetu pro-  
rumpit, demumque ad ~~anum~~ deductus ita se plerumque exerit, ut  
flamma minari corpusque usturus videatur: Viriu quoque lap-  
sus subitaneus observatur, isque admodum insignis. Si maculæ  
culicum morsum referentes ob glandularum cutalium inflammatic-  
nem in dorso vel alibi efflorescant, nos cum aliis characterismis de-  
hoc morbo certiores non parùm reddere possunt. Accedunt porrò  
& alia nonnunquam symptomata, e. g. angustia atque anxietas præ-  
cordiorum, fauci ardor ac nigredo, lingvæ ariditas atque fissura,  
pro eo atque in Synanche fieri omnino assolet. Quod si diaphra-  
gma in incendij trahatur consortium, non deliria tantum; sed &  
respirandi difficultas aliaque symptomata ceu in Paraphrenide,  
duplicata & vehementiora apparebunt: cœtera siccò lubens pede  
brevitatis ergò prætereo.

§. 33. Quod Prognosin hujus febris attinet, ea hīc æquè ac ini-  
aliis malignis non omnino certa est, teste Hippocrate 2. aph. 7.  
Hactenus enim observatum est, quod quandoque, qvò vehemen-  
tiora in Peste ac Febribus malignis apparuerint symptomata, qvæ  
aliis in morbis vitæ periculum minitantur, eò meliorem morbi  
catastrophen insecuram fuisse; contrà mitiorum symptomatum  
præsentia, plures diem obiisse. Manifestò perquam indicio prima-  
riò hostem contagiosum ipsis spiritibus, non tantum humoribus,  
bellum intulisse; qvò firmiores sint spirituum cohortes, eò acrio-  
rem pugnam moveri materiæ malignæ; in quantum nempè ipse  
morbis status nihil aliud est, quam extremus conatus naturæ causam  
morbificam eliminare molientis: quâ demum causâ pro virili ex-  
pulsâ victoriam canit Natura, & rerum potita halcyoniis fruitur:

In ḡ

In genere valet illud: quò vires fortiores, symptomata mitiora, eò melior sperandus est morbi eventus; vel quod eodē recidit: Quò causæ leviores sunt & pauciores, quò vires corporis constantiores, quò pulsus major, æqualior, calor universalior, urina turbidior, crassior; quò symptomata mitiora, præsertim vitalium actionum febrisque quām pesti propinquiora; quò sudores universaliores, calidiores, copiosiores; quò exanthematum & tumorum eruptiones feliciores, quò ab excretione vires redeunt promptius; quò Naturæ molimina, etiam imperfecta, minus turbantur, eò spes major morbi feliciter intra XIV. diem, more Acutorum, terminandi affulget. Quamvis in aliquibus ad vicesimum usque diem productam curationem observarint Practici: vid. Gabelcov. Cent. 5. Obs. 35. Sed dicere, fermè ausim, febrim hanc in alium potius morbum migrasse, quām acutorū terminum excessisse. Contrà, delirium statim ab initio accedens, quod somnō (qui tamen in malignis, non priùs sumptu bezoärtico, meritò suspectus esse debet) non sedatur; Item: oblivio, negligens decubitus, motus convulsivi, tremores & si ægri floccos vel plicas suprà lectum explicant, vigiliæ contumaces, sanguinis stillicidium &c. res sunt periculosa plenæ aleâ, & qui his afflictantur, raro evadunt. Sic rigor continuus, vel per intervalla repetens horripilatio, ægrum, imbecilli jam corpore, morti vicinum ostendit: Periculum confirmant & manifestò adaugent Syncope, fluxus alvi impertinens, urinæ excretio involuntaria. Sitis defectus, præsentibus atque vigentibus ejus causis, in febre acuta, ut plurimum mali ominis est. Quæ maculis est infamis, quatenus suffocationis fracedine intenditur, sæpiusculè jugulat. Ratione causæ malignioris, quæ febris est ex contactu seu contagio invadit, periculosior est eâ, quæ ex pravo victu. Criticè solvitur sive ad salutem terminatur, per largam, nec horrore interceptam, sudationem; item urinam, si per eam, qualia oportet, excluduntur; per sanguinis profluvium ex naribus, hæmorrhoidibus, Utero &c. sufficiens, seu quod contingit cum euphoria ægri. vid. Ruland de Febr. Hung. Coberus in Obs. Ling. Plurimis per metastasis materia morbiifica à Capito in aures secessit; unde parotides effecit; ægrique quidem liberati, sed surditatem contraxerunt. Jordan. d. Pest. Phanç.

*Phan. I. C. 16.* vel terminatur in apostema in testibus aliquaque minoris notæ partibus. Sic enim *Hipp. 6. aph. 10.* Capite dolenti ac vehementer laboranti, *pus, aqua, aut sanguis per nares, os vel aures effluens* morbum solvit. Nonnuquam transit in alium morbum & quidem ad salutem, ut: Icterus superveniens die 7. 9. II. aut 14. bona est crisis. *Hip. 4. aph. 64.* Icterus verò ante 7. diem, tubercula in summo pedis digito, singultus, tussis sicca cum aliis signis mali mortem portendunt.

§. 34. Cognitis hactenus Causis tam constitutivâ, quam occisionalibus, solô nunc porrò Rationis ductu indicatio rerum agendum consurgit. Præservationis itaque (quam Curæ præmittimus) ab hac Lue, cardo potissimum in eo vertitur, ne per *gaspidulæ*, viscerum robur destruendo, saburram in nobis vitiosorum humum ex proæresi coaceremus. Siqvidem vix qualitas alimentorum, quam calium, nocumentum affert æquè, ac ipsa quantitas observata est. Hinc oculatus testis *Coberus* ex intemperantia militari hoc malū in Pannonia haud semel propullulasse, & maturatum plus damni, quam hostis asperi ac truculenti arma, intulisse scribit. Imprimis ex vini meracioris assidua ingurgitatione bilem, eamque ad langores Pannonicos summe appositam coacervari, expertus est; unde remis velisque in hoc elaborandum esse dictitavit, ut ab exercendo hos spontaneæ vesaniae (luxurie) genere miles quam maximè avocetur, legibus sumptuariis, cœu dicit, rigore castrensi ad strictè servandum promulgatis, vid. *Dec. i. Obs. 8. p. 45.* Verum ab aquarum insalubritate fermè major, quam à vino, (quanquam minus evitabilis) noxa inaminere videtur; quarum tamen correctionem, artificiale edocet apprimè *Willius l. c.* nec non & ex sequenti Diætetico regimine ex parte patebit. Hic igitur nos sagaci ad causas ~~ægonyxmueras~~, quæ in nobismet subnasci conservarent, animo collimare oportet: istæ enim vel in herba suffocandæ omniq[ue] modo præpediendæ, vel jam factæ atque collectæ quantocv[us] per debita emunctoria, qvæ nunquam non aperte serventur, removendæ extraq[ue] corporis limites proscribendæ sunt. Qvæcunque ergo viscerum energian & imprimis ventriculi tonum sanguinisq[ue] consistentiam respiciunt ac consolantur, sa[ ] qvoq[ue] exosum morbi femi-

tem extingvuntur. Inter palmaria recensetur **stigma** **Aris**, cuius  
quotidianè usu guttæ iiij. ad v. in potu conserto assumtæ tūm bilem  
temperando, tūm ventriculum reborando egregiè conducunt. Hinc  
**pomus** **Aris**, qui accensis filis, seu telis **Aris** in lagenā semiplena, do-  
nec fumus omne vas replete, clausa, Gas illō **Aris** agitatione forti  
mediante imprægnantur, tantoperè commendantur à sapientiis laudato-  
per **Philosopho**; cuius **spir.** **Pl.** **vol.** hoc munere præsentius fun-  
getur, si in promptu haberi potest, præsertim si *essentiæ absynthij*  
*composite* **Sir.** **Paul.** vel alius coniungeretur. Multūm quoque  
præstat **Elix.** *propr.* **Parac.** qvod alvum simul sui officii admonet:  
si verò aloë, myrrha & crocus absque spir. vini saltim in **✓ st.** cum  
nitro præparato soluta fuerint, magis lubricantur primæ viæ; it.  
**Eff.** **♂. abs.** &c. Sic **spir.** **✓** **vel nitr.** **dulc.** it. **Pl.** **Phil.** **Clyss.** **min.** &c.  
diuretin promovendo bellè se gerunt. **✓** **♂ sudorif.** **camph.** **D.** **M.**  
**✓ prophyl.** **Sylv.** **+** **rutac.** **calend.** **fl.** **tunic.** &c. transpirationi in-  
serviunt: quibz pro re nata **Liqu.** **C.C.** **succin.** **Eff.** **myrrh.** **vol.** alternatim  
succenturiari possunt, præsertim si in succo citr. herb. **I.** **rib.** &c. pauxil-  
lo addito **✓** **æ rosar.** propinentur. Alvū laxant **Decoccta** **tamarind.** **c.** **ndo-**  
**sich.** **vel rhab.** **Crem.** **✓** **vel Hep.** **r.** **Dr.** aut **Arcan.** **dupl.** **nitr.** **♂** &c. cum  
**♂ diaphor.** **♂ laxat.** & granis aliquot **Res.** **Scammon.** **Jalapp.** In bili-  
osis enim corporibus blandè saltim stimulantia alvum subducunt:  
fortiora expetunt humores acidi pituitosi; utut acidum solâ pur-  
gantium virtute educi non possit: *vid. Sylv.* Vomitoriis si eorum  
dem est indicatio, nihil est præsentius, præsertim in bilis turgescen-  
tia & stagnatione in ventriculo. E. g. **♀ emet.** **Myns.** **Oxyfaccb.** **Dan.**  
**Ludov.** **♀ vit.** **g.** **vj.** quoque in vini unc. ij. l. iii. per **✓** infundi possunt,  
manè filtrari ac propinari potest **Vinū.** Si hauserit quis **Pl.** **alb.** **dracb.**  
**j.** in vino soluti, mox vomitum ciebit; at si statim à potu superbibas  
haustum cerevisiæ vel **✓** &c. is quidem patietur secessus, at prorsus  
absque fatore. **Helm.** NB. Qui lenem exposcit vomitum, assumat  
emeticum plenè ventriculō; qui graviorem, ad totam regionem  
Epi- & hypogastricam depurandam, vacuō. Si citra spem hyc-  
catharsis oriatur, omnia reborantia, ventriculo grata eandem tol-  
lent. Sed palmarium in eo situm est, ut palato cuiusvis abblandi-  
entia propinentur.

§. 35. Cùm autem ardua sit militatis pestis ad ~~āximū~~ perductae conditio, qvòd non vitentur loca & corpora infecta; Medico hostem hunc infidiosum debellaturo ac in fugam versuro probè dispiciendum est, ne jugulum petendô, caudam saltim feriat, qvatenus sagacissimis juxta ac peritissimis illudere aliàs solet πλυμορφόπτως hospes hic: unde nec consultô, sed factô opus esse, in periculo admoneatur. Quatuor itaque hanc Lucem curaturo scopi præfixi sunt: 1. Ut fomes malignitatis qvantocyùs averruncetur: 2. Ipsa maligna qualitas fermenti contagiosi immutetur atque eliminetur: 3. Cor vitæ tabernaculum à deleteria violentia pro virili vindicetur ac corroboretur: 4. Symptomatum gravissimè urgentium nec non & ratio habenda, ut solerter demulceantur ac emendentur, habitô tamen semper potiori ad miasmatis malignitatem respectu. Hosce verò scopos decantatâ Præsidiorum trigâ commodissimè attingere possumus: Chirurgiâ nempe, Pharmaciâ & Diætâ legitimè adhibitis.

§. 36. *Chirurgia* nobis Venæsectionem, Scarificationem & Velicatoria suggerit. Venæsectionio in febris malignis, nisi in ipso principio, ubi vires adhuc prævalent, & plethora sanguinisve abundantia suffocationis metum intendere videtur, locum prorsus non habet. Est enim sanguis vitæ nostræ balsamus & rerum gerendarum nervus, qvem si detraxeris, ægrum Libitinæ consecrabis, ceu tristes morborū eventus plurimi confirmarunt. Hâc autem supersedere eò magis jubemus, ubi maculae efflorescentes jam cutim depingunt: tunc enim, monente *Critone*, nemo, cuicunq; vita ac salus cordi curævè est, phlebotomiâ utatur; qvia materia maligna à vitæ consortio semel proscripta, ad ambitum tendens corporis, factâ hōc pactô redundi potentia, vestigia sua pristina relegendo ad centrum abit. Eadem cautelâ opus habemus, sicubi febris hæc non à principio interno; sed à contactu incepit, tunc qvippe, ut qualitas illa maligna in superficie hærens maturatô auxiliô discutiatur, potissimum Curationis momentum in Diaphoreticis situm est. Non disvadetur tamen à nobis V. S. qvando malum à consveta, e. g. mensium, hæmorrhoidum, evacuatione suppressa fovetur, qvin tunc vel hirudinum suctu, vel saphænæ apertione, ut sanguis ab initio statim immiuatur, ultrò jubemus. Qvem in finem nec Cucurbitulas partibus inferio-

inferioribus, ut coxis, lumbis, femoribus ac tibiis applicatas adeò non reformidamus, qvandocunq; alicujus fore usùs visæ fuerint. Vesicatoriis multi palmam in malignis deferunt, qvatenus ea (præmis- sis præcipuè universalioribus) materiam malignam humorj seroso permistam citra insignem virium jaeturam à nobilioribus ad ignobiliores partes prolectare satagunt. Gal. L. 5. M. M. C. 12. Verùm qvì eadem ex Cantharidibus præparant, videant saltem, ne noxam vesicæ subinferant, miictionem inducendo cruentam, qvam sæpiùs exinde causatam in malignis observarunt Practici vid. Fr. Hoff. M. M. p. 385. Quamvis multi cum theriaca camphorata applicari tutò posse autument. Alioqui inter veneni attractiva Helmontius de Peste refert nasturt. ▽. ricum si cum fol. mph-maj succò itemque cerasorum halicacabi & ficuum à contusum apponatur locis consuetis, ut aperiatur cutis circulariter. NB. Vesicantia, ubi fauci um inflammatio est conjuncta, nuchæ majoris humorum affluxus metu, item in Phrenitidè, parùm tutò applicari possunt.

§. 37. *Pharmacia* è triplici regno prædivite remedia huic morbo prosternendo magis appropriata depromit. Non tamen in partes híc loci vocamus Purgantia, quorum actio, dicente Helmontio, est motus humorum Pesti & febribus malignis diametraliter oppositus. Hinc si communicati contagij suspicio adest, ob conversationem cum infecto vel attactum rei immundæ; nec opus corpus purgare, nec venam secare, imò nec Vomitoriò (nisi cibum à ventriculo revellere animus est, aut nausea vomendivè conatus istud svadeat) adeò opus erit, ne miasma adhuc in Cutis superficie fermentans ad interiorâ revocetur: Siquidem ob mutuam conspirationem partium internalium atque externalium contentorumque earundem, mediantibus liquorum circuitibus, alvi per clysterem aut tanti luxurians in Petechiis, Purpura, Morbillis &c. malignioribus proritatio (cujus occasione illius perniciosus fluxus; harum verò recessus & cum sanguine ac lympha permisso nova inducitur,) ægros in præsentaneum vitæ discriminem conjicit vid. Willius. I. c. de Febr. malign. Quod si tamen alvus sit nimium inducata ac constipata, Clyster ex malva fl. Sambuc. & futfuribus minus incommodi sovet & satis tutus erit, cui addi mel rutac. ole-

um scorp. c. O anodyn. suff. quā majoris abstersionis causā pro  
lubitu poterunt.

§. 38. Vomitoriorum longè dispar est ratio, quippe quibus  
nihil feliciū fortiusvē pravorum cataclysmum humorum non so-  
lūm ē ventriculo; sed & intumis primarum viarum recessibus revel-  
lit atque extumbat: materia quoque turgens per tantillum oesophagi  
spatium. & fauces promptius rejici potest, quam si longissimis  
intestinorum anfractibus per totum ventrem spargenda potius,  
quam per guttus educenda inferius foret. Quapropter cū pars  
primum affecta, ceu superiū dictum, in Langvore Pannonicō sem-  
per ferē stomachus sit, qui turget plerumque ex intemperantia mi-  
litari, humorum camerinā, Vomitorium in tempore, quod rerum  
omnium primum est, exhibitum, omne fermè curationis punctum  
absolvet. Quemadmodum Coberus l. c. inter oīnnes, inquit, me-  
dendi rationes in langvoribus Pannonicis principatum tenent  
Vomitiva. Ergo si quid movendum, ab initio moveas *Rec-*  
~~E~~*met. gijj. IV. ♂ diiph. non edulc. Scrup. ♂ Eleos. citr. g. v.*  
*M. D. Vel Rec. Oxyfacch. emet. Ludov. Unc. D. pro dosi. j.*  
robustioribus, Molestas Ventriculi eversiones ac nauseas ex vomitus  
superstites, micā panis vinō intinctā; foris verò *Oleo menth.*  
*cydon. absynth. vel N. M. facilē iterum consopiveris ac emendāris.*

§. 39. Primis autem viis ab humorum vitiosorum colluvie  
jam liberatis, ita, ut malignitas, per sudorem demū penitū auffe-  
renda, totam domum à stomacho ad pellem usque transundo con-  
taminare nequeat: Ultramque paginam adimplent *Diaphoretica*  
directa, *alexipharmacā* alias dicta, quæ nonnunquam omnibus omis-  
sis aliis in usum vocanda, hinc & per totum morbi decursum ad  
causæ usque morbificæ internectionem continuanda sunt. Ab ipsis  
autem illiciō *Curæ* capiendum initium est, quotiescumque nec  
*V. S.* nec *Emetica* ob virium debilitatem vel alias circumstantias lo-  
cum non habent; quamvis eadem vel in ipso *V. S.* actu, vel paulo  
antē ac post propinanda magnoperè svaderem, ut *Natura maligni-*  
*tatem* aut tunc temporis cum sanguine expellat, aut à centro saltim  
arceat. Bezoärtica itaque liquida, quæ causam malignam prose-  
quuntur non solum, sed etiam bilem simul attemperant, sunt *Mist. S.*

Tinct. bez. D. M. +. bez. Ω ⊕ l. Cephal. c. essentiā ther. l. samp̄o-  
 combinatus &c: adhuc magis volatilia sunt Ω bez. Buff. CC s. &  
 succin. viper. ♀ vol. Ω ther. camph. vel cum ♂ vol. ebur. viper.  
 succin. &c. imprægnatus, quæ si cum succo citri loco vehiculi tem-  
 perentur, satis tuto in principio adhibentur. Calorem præcipitant,  
 Olia absorbent & malignitatem simul infringant seqventia  
 terr. sigill. strig. Lemn. unic. foss. Bol. arm. Lap. Ⓣ. perc. aprugn.  
 ebur. ♂ CC. s. Δ pt. Fl. ♀ c. Ⓛ anod Spin. Serp. pt. cinnab. Ⓛ l.  
 nat. Pulv. Pann. rub. bez. D. Senn. bez. alb. Lud. &c: Pro vehi-  
 culo & grato potionum sapore commendamus Syr. acetos. citr.  
 acetosell. betb. rib. granat. pap. rh. &c. cui pro lubitu ad meliorem  
 dilutionem addi possunt ▽. still. alex. & cord. E. g. ▽ samb. sca-  
 bios. fumar. rosar. Cinam. borr. &c. Hic mihi appositè in mente mea  
 venit, cujus nos admonet Practicus dum vixit felissimus Dan. La-  
 dov. in Ph. sua Mod. Sec. appl. dum inquit: nec circa malignarum  
 plerarumque, Pleuritide aliterve comitatarum, principia velletiam  
 augmenta complicatos interdum intensissimos fervores, Cephalalgi as,  
 haemorrhagias (præsertim in Plethoricis ac Cholericis) magis quam  
 par est, quis vereatur, nimium à volatilioribus, præsertim Θnis ab-  
 stinendo, fixioribus solum (at rarissime tūm sufficientibus) semet ex-  
 pediturus; aut more hodiè haut infrequenti, abusivis venefectioni-  
 bus, laxatiis vel clysteribus commodiores cum viribus homi terens,  
 post festum demūm diaphoretica advocet. Vegetabilia, Item Electua-  
 ria & alia varij generis composita ubivis prostant & obvia sunt.  
 Camphorum magnificiunt quidam in malignis, unde Crato in Ep.  
 M. à Scholz. ed. 103. mulm, inquit, quæ pro certissimis habentur  
 fallacia sunt; Camphoram excellere omnia medicamenta re compari.  
 Sed cautelam addit Ludevicius l. c. scribens, quod Camphora fumo-  
 sis suis effluviis in Eruditis ac debilioribus Cephalalgiam incompeſci-  
 bilem & deliria saepiusculè concitārit. Hinc ne quid nimis. Qua-  
 ri adhuc possit, num Opiata in Hungarica febre tuto usurpari possint,  
 nec ne? Respondet Sydenham Metb. Cur. Febr. S. 2. p. 3. Opiata cir-  
 ea statim inter ferventia deliria vix impunè, melius autem in  
 declinatione demūm admittuntur. vid. Lud. l. c. p. 285.  
 Cavendum quoque sedulò, ne Opiata nimis figendo Ω ad  
 receptionem veneni Cor magis disponant, aut crisi Natura in-  
 situendam impediant. Opij hinc vice ubique substitui potest fe-  
 licius

Nicis  $\Delta$   $\oplus l.$  anod. Interea temporis solicite observandum, quantum quovis sudore Æger virium recuperaverit, aut amiserit, pro quarum ratione vel medicamentum, vel dosis mutetur. Inter sudandi actum quoque sepius refici potest potu tepido, vel Julapium, cochleatim propinando, item Elect. convenientibus ut confect. alcherm s ambr. & moschó Item. d. hyacinth. elegans quoque sit extoto Citro, succo rub. idem.  $\nabla$ . Cord. Herc. Sax. fr. vel aliis cardiacis; interdum pulveres adhibeantur; hoc tamen ubique moderate, ne materia repeatat Centrum maligna.

§. 40. Symptoma nimis increbescientia nonnunquam medentis animum reddunt attentum; Sic ubi Cardialgia nimis urget, ut inflamatio jam imminere videatur, acida exulare debent: Hinc R. Dianc. Frac. drach. j. Pulv. Pannr. Ceph. D. M. a scrup. j.  $\Omega$ -bez. Buss. drach.  $\beta$ . vel j.  $\nabla$  fl. Samb. unc. ij. Syr. pap. err. drach. ij. M. prof. Vel  $\Psi$ . Bez. min. scrup. j. cinnab.  $\Theta$  scrup.  $\beta$ . M. D. In nimio Capitis dolore laudantur præcipue cinnab. nativ. bez.  $\Psi$ .  $\Delta$ .  $\oplus l.$  anod. Eb. s.  $\Delta$ . succin. præp. &c. Sola Mist. s. aliquot guttis Tinct. anod. sociata, Choleram non minus compescit, quam delitia, si modicò camphoræ acuatur, mitigat. Anginosum faucium ardorem, succo  $\Theta$ . fluv. leniebat Paracellus. Gargarismo è lactis caprilli &  $\nabla$  planag. part. æqu. quamvis vulgari remedio admiraculum se Anginas curasse scribit Forest. L. i. de febr. Obs 17. Quibus tamen Rob. dianuc. vel  $\Psi$  pharing. Zob. commode misceri potest.

§. 41. Dietam quod concernit: Aër sit temperatus & purus: nocet quilibet frigidus & aquosus contaminatis. Cibus sit tenuis, qualis in febribus præscribitur, nec pure humectans; sed qui noxios corporis ichores absumat, vitetur calidus, aromaticus, crassus. Profundunt juscule hordacea, avenacea, cum passulis, succo citri, limonum & omphacio medicata. Potus sit tenuis cum Clyff.  $\Theta$  Tinct. res. bellid. &c. acidulatus. Vel Decoct. hord. cui bacc. nigr. beder. cum rad. Scorz. sunt incocta. R. pomor. citr. concisor. N. ij. rad. Cichor. acetos. a unc. fl. 4. cord. a pug. ij. Coqv. in  $\nabla$  s. Mens. ij. Servetur pro usu. Hungari  $\nabla$  m allio,  $\Theta$  e ac pane tosto corrigunt. Omnium Syruporum implet mensuram, quem de acetositate citri Pharmacopolæ nuncupant. Vinum generosum planè interdicitur; sed langvidis ac vi-

ni potui assuetis in declinatione morbi oly.  $\Phi$  ac confortans pro virium requisito concedendum judicamus. Tantum.